

Q. 548 21

(X-1904274)

*circa*  
De erroribus Anaton. de Virginitatis no-  
tias



Lectori Benevolo

# SUBJECTI MULIEBRIS Resectionem Publicam

intimat,  
Eundemque

ad hanc

perhumaniter invitat

D. JOHANN Bohn/ Anat.  
& Chir. P. P.




LIPSIÆ,

TIPIS KRÜGERIANIS

422

*Dr. D. Bock*





**S**cripserunt de Erroribus Vulgi seu popularibus in Medicina diversi Medici cordatiores, inter quos Sanctorium, Joubertum & Primirosum appellare nunc sufficiat: Utinam, consignaret ac recenseret aliquis Anatomicorum Errores Vulgi ac plebeiorum Medicorum in Anatome, & quidem circa ejusmodi phaenomena, quae oculus solus, modo praedictis haud occaecatus, innuere atque corrigere poterat, quique nihilominus, quasi ex Tripode dicta, in omnium ore versantur. Miratur sane ac obstupescit mens sanior, in rebus, sensibus obviis, adeo hallucinatos fuisse Antecessores nostros, & hallucinari adhuc illorum sanctorum ad superstitionem usque ad dictos Veneratores: illam sibi nonnullorum organorum fabricam naturalem interdum concipientes ac persuadentes, quam natura nescit, adeoque sensoriis propriis fidem denegantes. Quid Communius est, quam Ventriculo Orificium pariter inferius ac superius concedere, hoc sub scrobiculo cordis collocare, Nervos alios a Cerebro, alios a Cerebello, derivare, distingvere Renum ambitum internum per Cribrum benedictum in binas quasi contignationes, ab exteriori horum compage ad pelvim ejusque tubulos carunculas certas papillares, alterius plane, ac renum, substantiae, educere, in Utero humano cum Mundino diversas cellulas seu concamerationes fingere, Gulae transitum per membraneam Diaphragmatis portionem sibi persuadere, dissepimentum hoc musculum simplicem & unicum venditare, ejusque processus lumbares binos tantum proclamare, hujusque generis plura? quae nihilominus tyronis attentioris ridet ac negat autopsia, & in quibus enarrandis nunc tempus chartamque haud teram. Svae illud de Signis virginitatis illibatae ac corruptae somnium occasione Cadaveris, non equidem Virginis Vestalis, sed Infanticidae ac Meretricis, cujus per Gratosissimum Indultum Eiusdem serenissimi ac Reverendissimi Principis, Domini CHRISTIANI, Ducis Saxoniae, Episcopi Martispurgensis & Nutritii Academiae Clementissimi, qui superioribus diebus Subjectum Masculinum nostro Theatro Anatomico Clementissime concesserat, copia denuo facta fuit, parum saltem expendere liceat, utpote quod Anatomicorum & Medicorum quosdam eoque turbat, ut a Jurisperitis postulati de Zona virginitatis soluta vel firma sententiam, praepropere nimis edisserant, aliis contra circumspicientibus ejusmodi negotium difficile, incertum & fallax admodum pronunciantibus. Quod Argumenti genus dum ventilare contendo, ante omnia, & quo Cavillatoribus omne ridendi subjectum succidam, hos praemonitos volo, me Virginem & Meretricem, Puellam castam & vitiatam non unius ejusdemque generis credere, aut ignorare:

*Quid distent ara lupinis,*

in hoc nihilominus ambiguus haereo, an infallibilis aliqua circa genitalia muliebria exteriora compareat nota, per quam Virginitatis praesentiam, eaque aut a stupratione, aut amplexu consentaneo sublata vel sensibilibus immutata, illius annihilationem, certo concludere ac affirmare liceat? Non ego is primus sum, qui circa subjectum hoc ambigit, tentavit idem dubium, ut Jureconsultos taceam, pariter Fortunatum Fidelem, J. C. Claudinum, Capivaccium, Riolanum, Zacchiam, Joubertum, Paracum, H. Augenium, Ulmum, Guillemaum, Mauricium ac alios superiorum aequae ac nostrorum temporum Medicos sagaciores: imò dubitare judiciumque suspendere jubet sana ratio, potissimum cum quae haecenus indemnitate virginalis supponebantur, documenta, aut re ipsa nulla meraeque Chimerae, aut minus fida, observentur. De Hymene siquidem quantae non penes Scriptores, alias Celeberrimos, reperiuntur nugae, a Vetulis nostris inter mysteria sua relatae, i. e. anilibus fabulis an numerandae: dum illorum diversi, sc. Vesalius, Fallopius, Piccothomineus, Platerus, Columbus, Wierus, Riolanus &c. pelliculam membraneam aut carneam, modo in medio sui tantum perforatam, modo instar cribri foraminulentam, cervicis uterini orificio aut praetendi, aut ex intimioribus hujus parietibus exurgere docuerunt; alii v. g. Carpus & Berengarius reticulosam illius sepimenti texturam, i. e. ex vasis sanguiferis & ligamentis subtilioribus congestam, sibi conceperunt, aut potius, quasi talem oculis usurpassent, testati fuerunt. His alii, sibi lyncei magis visi, v. g. Varolius Pinens, ac forsan Aquapendens quoque, coalitum vel connexum tantum aliquem extremi-

extremitatum quatuor caruncularum Myrtiformium seu alarum ostio uteri exteriori annexarum, Eugium hoc constituerunt, verbisque satis speciosis Lectoribus suis exposuerunt. Ut mirum sane, unde tanta præjudiciorum nebula, & in asserendis ac referendis illis, quæ nullus mortalium oculus, aut non, nisi rarius, viderat, temeritas exurgere poterat: Viris omni fide majoribus, quæ in dissensum adeo ineptum circa rem, quam sensus oculatus determinare poterat, abrepti fuerint, hinc fidem omnem penes hos, qui illorum effata in virginitate ancipiti poscebant, perdidērunt. Pellem cunni puellaris Reticulumque virgineum negant, aut in quibusdam tantum subjectis reperiri, ajunt præter Antiquiores oculatiores, v. g. *Capivaccium*, *Paræum*, *Augenium*, *Ulmum*, *Laurentium*, *Columbum*, *Pineum*, Neoterici fortè omnes, adeoque utrumque inter phænomena potius præternaturalia ac rarius obvia referunt: nunquam mihi tale quid cernere contigit, quamvis, quo, quid veritatis aut falsitatis huic fabulæ subesset, dignoscerem, multas diversæ ætatis puellas, & inter has recens natas, quas frequentius secui, inspexerim, inspexerintque mecum adstantium, à me de eodem monitorum plures. Nec major certitudo est in illa Caruncularum myrtiformium coalitione, quam cum *Varolio Pineus* peculiari de *Notis Virginitatis* opusculo adstruere satagit: quatenus vel ipse *Varolius* membraneam illam combinationem haud perpetuam fatetur, imò hanc cum alarum myrtiformium existentia dubiam reddit pariter autopsia. Cui conformis magis deprehenditur illa muliebrium virginalium, quam *Græsius* exhibet, conformatio, i. e. rugositates ad ostium colli uterini orbiculares magisque eminentes atque conniventes, in extremitate vero sui in limbum membraneum Circumferentiæ arctioris abeuntes. Sive proin caruncularum certarum, sive rugositarum colli uterini harumque limbi exterioris conniventiam angustiamve Claustrum pudicitæ virginalis asseras: nihil tamen certi ac infallibilis, cui judicium de Castitate integra aut violata firmum superstrui queat, hinc emergit, ideo imprimis, quod arctitudo hæc genitalium quoad magis & minus in virginibus reapse talibus, pro diversitate vel ætatis, vel constitutionis humidioris aut sicciore, variet, adeoque per concubitum modo evidentius, modo vix sensibiliter, laxetur, aut laxata observetur. Sinu muliebri sine dubio angustiore gaudet juvenula duodecim aut quatuordecim annorum, quam quæ vigesimo proxima huncque transit, item sicci & gracilioris habitus præ succulenta, quæ lunare tributum sapius solvit, quam quæ illius adhuc ignara. Quæ genitalia virginis suorem uterinam similemve se valorem passa, probabiliter laxiora ac tenaciora magis erunt, illis, quæ ejusmodi affluxus præternaturales non perpeffa, sequenti admodum pariter illa, quorum menses modo cessarunt, præ his, quibus hi imminent. Si proin ostium uterinum latius subeat mentula gracilior, contingere concubitus poterit sine illius laceratione aut distensione notabili, ac Zona virginalis, vitata quoque, inviolata comparebit: contra, sine dubio, si minus proportionata extiterint congrementium membra, evidens satis erit Germinis hujus destructio. Imo Distensio ac dilaceratio illa minus conspicua erit in his, quæ unum aut binos tantum coitus sustinuerunt, postmodumque longius à Venere abstinuerunt: dum cujus limbi muliebri fibræ uno vel altero impetu mediocriter tendebantur, (ut fraudes & Sophisticationes illas taceam, quibus laxitatem ac flacciditatem harum partium corrigere norunt ejusmodi recens molliusque vitata) sponte sua brevi naturalem repertunt habitudinem, sicque corruptam ab incorrupta haud distingvere sinunt, ita quidem ut sub arctitudine plusquam virginali quasdam concepisse & utero gestare posse, præter *Pinei* testimonium Scriptorum fide dignorum Historiæ perhibeant, v. g. *Riolani Anthropol. lib. 2. cap. 34.* *Guillemeau de l'heureux accouch. lib. 2. cap. 10.* & *Mænichen obs. 13.* Nolo hujus loci facere, quod *Americus Vesputius* tradidit, sub Polo Antartico scæminas post plurimos quoque partus integrum virginalique corpus præ se ferre: plus fidei promittit, quod *Riolanus* l. a. de scæmina, ex Toupinambutorum regione, annos viginti quinque nata valdeque lasciva, ita ut mares ad coitum provocaret, Lutetiam adducta, commemorat, hanc post obitum à se dissectam pudendi orificium admodum angustum exhibuisse; sine dubio per renitentiam potentiozem illius fibrarum, quarum tonus nec à crebrioribus amplexibus laxari aut destrui poterat. Contrahi siquidem & ad angustias pristinas prompte redire partes tensiles præter modum etiam dilatatas, ipse uterus hujusve orificium externum pariter ac internum, à gestatione atque exclusione fœtus enormiter ac incredibiliter ampliata, docere poterant, utpote quæ partes remota mole distendente magnitudinem & conniventiam ordinariam intra paucos dies recuperant: cur similem tendentiam leviter saltem congressu dilatato ostio externo denegabimus? aut quid obstat, quo

mi-

ex  
Tu  
1143

minus ad naturales angustias redactum cernatur idem, tardius sc. ac post menses  
sæpe aliquot adornata demum inspectione. Præterea licet major quoque violentia,  
Zonam illam virginalem ruperit atque omnimode lacerarit, quies nihilominus &  
diuturnior à congressu abstinencia balsamum seu gluten adæquatum erit, pro u-  
nitate ejusmodi partium recenter soluta sananda, disruptis reuniendis ac integritati  
pristinæ restituendis. Ipsa à partu difficiliore perinæ ruptura aut laceratio enor-  
mior Vaginæ uteri exili temporis spacio coalescit, atque hæc quidem etiam eousq[ue]  
interdum, ut meatus illius relictus vix specilli extremitatem admittat & ad cohabita-  
tionem conjugalem mulieres ineptas reddat, quæ vale exemplum præter *Riolanum* mo-  
dò allegatum *Hildanus cent. 6. observ. 67.*, tradit: conglutinabuntur proin pari, imò  
maiore, facilitate vel carunculæ vel rugæ illæ, virginitatis repagula, leviter fissæ  
ac disruptæ, si Venerem saltem longius valere jubeant. Hinc, quamvis violationem  
ejusmodi cruentam claustrum virginæ deprehendere liceat mox à Compressione visi-  
tanti Medico: elapsa tamen aliqua temporis mora notæ ejus evanescent, nec vitata  
ejusmodi impuditiæ, neque Stuprator criminis, accusari poterit. Nec bina,  
quæ illibata ac violata Virginitatis signa producit *Zacchias Quest. Medico Legal.*  
*lib. 4: tit. 2. quest. 3.*, sive seorsim & per se trahuntur, sive colligantur & laxitati ha-  
tenus explicatæ jungantur, testes omni exceptione majores erunt, carunculæ sc.  
aut rugæ vaginæ, in virginibus crassiores seu tumidiore ac instar cristarum gal-  
linacearum rubicundæ, in vitatis exiliores seu flavidiore ac pallidæ seu livescen-  
tes. Cum experientia constet, tales mutationes partibus his à morbis & sine ulla  
illicitæ cum maribus cohabitationis suspicione aliquando, aliàs verò non nisi à coi-  
tione frequentiore, quali prostibula se exponunt, evenire; i. e. corruptas quoque  
cristas sanguine turgidas erigere & colorem pariter ac magnitudinem harum ca-  
runcularum Virgines mentiri. Cum E. Anatomicis peritioribus admodum diffi-  
le sit Virginis indemnitate ac corruptionem probare, vix adeo bene per Jus Pon-  
tificium potestas de illius fama & honestate sententiam ferendi Mulierculis & Ob-  
stetricibus rudioribus commissa fuit, non tantum, quod, juxta *Augustinum, Virgi-  
nis, cujus dum integritatem manu velut explorans, sive innocentia, sive insentia, sive casu,  
dum inspiciunt, perdant, sed imprimis, quod manus & oculi earum sæpius fallantur,*  
hinc inter eas sæpe concitentur dissidia & quæstiones, quarum occasione plus dubi-  
tetur de ea, quæ inspectioni se subiecit, quam quæ inspecta haud fuit, Si ad Leges  
ac Consuetudinem Hispanorum nostræ formarentur Obstetrices Earumque Amanu-  
enses, qui, referente *H. Augenio Epist. & Consult. tom. 2. l. 1. cap. 12.* per frequentes  
demum Cadaverum foemineorum inspectiones ad officium exercendum illas præ-  
parari jubent, fidem forsitan harum inspectionibus ac relationibus adhibere posset  
causarum ejusmodi iudex; at à nostris Vetulis, jumentis stupidioribus & post illo-  
rum curam foemellarum curam in se suscipientibus, frustra tale quid arduum expe-  
ctamus. Nec plus dexteritatis ac certitudinis nobis promittimus à Medicorum, re-  
rum Anatomicarum ignarorum, inspectionibus, utpote qui non raro, quod hic vel ille  
Doctorum de Virginitatis nota finxit, quasi oculis propriis idem intuiti fuerint, te-  
merarie satis asserunt, hinc Hymenis quo in violatæ carent, integritatem in stupratis  
absone testantur, muneri suo satisfecisse credentes, si pro effato suo firmando ad u-  
num vel alterum Scriptorum, quos nunquam viderant, licet interdum satis inepte  
provocent. Sed Magistratus ac Reipublicæ cum intersit hæc disquirere, Spartam  
potius meam repetam, & cujus Subjecti Foeminei additionem superius innui, ejus-  
dem Dissectionem publicam nunc intimabo: hanc non tantum ita celebraturus, ut,  
qui in rerum Anatomicarum peritiam feruntur, quæ spectent, inveniant, sed Ope-  
rationum quoque Chirurgicarum primarias, quas quidem in Cadavere hujus sexus  
exercere licet, demonstraturus. Faciam Administrationum harum Anatomico-  
Chirurgicarum felix, Deo annuente, auspiciis *crastina Pomeridiana Secunda: &*  
quemadmodum de Spectatorum frequentia ac favore haud dubito, sic in his me  
illum gestaturum polliceor, qualem vel Horum Studia, vel animus  
curiosior, desiderat. Lips. d. ii, Novembr.

M DC LXXXVII.




18  
12.3

287

21 208  
- 21  
61 788  
- 21

W17  
24



**Cripserunt de Erroribus Vulgi seu popularibus**  
*in Medicina* diversi Medici cordatiores, inter  
 quos *Sanctorium, Joubertum & Primrosium* appella-  
 re nunc sufficiat: Utinam, consignaret ac recense-  
 ret aliquis Anatomicorum Errores Vulgi ac plebejo-  
 rum Medicorum in Anatome, & quidem circa ejus-

pefcit mens sanior, in reb-  
 res nostros, & hallucinari  
 dictos Veneratores: illa  
 terdum concipientes ac p-  
 priis fidem denegantes.  
 riter inferius ac superius  
 alios à Cerebro, alios à C-  
 num per Cribrum bened-  
 compage ad pelvim ejusq-  
 ac renum, substantiæ, edu-  
 seu concamerationes fing-  
 portionem sibi persvader-  
 venditare, ejusque proce-  
 ris plura? quæ nihilomi-  
 bus enarrandis nunc ten-  
 virginitatis illibatæ ac co-  
 ginis Vestalis, sed Infantio-  
 Eiusdem Serenissimi a-  
**ANI, Ducis Saxonie**  
**miæ Clementissimi,**  
 Theatro Anatomico Gle-  
 tem expendere liceat, utp-  
 usque turbat, ut à Jurisp-  
 gentiam. præproperè n-  
 jusmodi negotium difficil-  
 Argumenti genus dum-  
 mne ridendi subjectu-  
 & Meretricem, Puellam  
 re, aut ignorare:

*Quid*  
 in hoc nihilominus ambi-  
 bria exteriora compareat  
 pratione, aut amplexu con-  
 tionem, certo concluder-  
 subjectum hoc ambigit,  
*Fortunatum Fidelem, J.C.*  
*tum, Paræum, H. Auger-*  
 æque ac nostrorum temp-  
 pendere jubet sana ratio  
 supponebantur, documen-  
 ferventur. De Hymene  
 reperiuntur nugæ, à Vetu-  
 numerandæ: dum illor-  
*Columbus, Wierus, Riola-*  
 medio sui tantum perforatam, modo instar cribri foraminulentam, cervicis uterini  
 orificio aut prætendi, aut ex intimioribus hujus parietibus exurgere docuerunt; alii  
 v. g. *Carpus & Berengarius* reticulo sam illius sepimenti texturam, i. e. ex vasis sang-  
 gviferis & ligamentis subtilioribus congestam, sibi conceperunt, aut potius, quasi  
 talem oculis usurpassent, testati fuerunt. His alii, sibi lyncei magis visi, v. g. *Varolius*  
*Pineus*, ac forsan *Aquapendens* quoque, coalitum vel connexum tantum aliquem  
 extremi-

**KODAK Color Control Patches**  
 © The Tiffen Company, 2000  
 LICENCED PRODUCT

8	Black		
19	Black		
18	3/Color		
17	3/Color		
16	3/Color		
15	White		
14	White		
13	Magenta		
12	Magenta		
11	Red		
10	Red		
9	Yellow		
8	Yellow		
7	Green		
6	Green		
5	Cyan		
4	Cyan		
3	Blue		
2	Blue		
1	Blue		

ve corrigere po-  
 x Tripode dicta,  
 ur sane ac obstu-  
 fuisse Antecesso-  
 ionem usque ad-  
 m naturalem in-  
 que sensoriis pro-  
 lo Orificium pa-  
 ollocare, Nervos  
 ambitum inter-  
 o exteriore horum  
 s, alterius planè,  
 diversas cellulas  
 m Diaphragmatis  
 licem & unicum  
 e, hujusque gene-  
 utopsia, & in qui-  
 e illud de Signis  
 non eqvidem Vir-  
 finum Indultum  
 ini **CHRISTL-**  
 lutritii Acade-  
 asculinum nostro  
 sta fuit, parum sal-  
 ma quosdam eo-  
 uta vel firma sen-  
 spectioribus e-  
 ciantibus. Quod  
 Cavillatoribus o-  
 olo, me Virginem  
 ve generis crede-

genitalia mulie-  
 s, eaque aut à stu-  
 ta, illius annihila-  
 us sum, qui circa  
 s taceam, pariter  
*Zacchiam, Joubert-*  
 c alios superiorum  
 iudiciumque sus-  
 nnitatis virginalis  
 ut minus fida, ob-  
 lias Celeberrimos,  
 anilibus fabulis an-  
 omineus, *Platerus,*  
 arneam, modo in